



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 226. Concilium Pontificis de Synodo in aliud tempus, & locum transferendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

Sæcul. XV. propositum exequeretur, hujus autem opta-
A. C. 1423. tum exitum per præsentem rerum statum spe-
Vid. supr.
§. 176. rare non licet, ita sancta Synodus perspe-
 ða necessitate reformandi Ecclesiam Catholi-
 cam statuit, fore procedendum ad hanc, reu-
 nione Græcorum tempori magis opportuna
 data occasione reservata. Absoluto hoc
 decreto, Epistola Patriarchæ Constan-
 tinopolitani latino & græco idiomate
 exarata, a duobus Secretariis in utraque
 lingua perfecta est. Relata quoque fue-
 re gesta Antonii Massani Franciscanorum
 Generalis ad Græcos ablegati, item o-
 ratio, quam habuit in confessu Græco-
 rum, & horum responsum. Recitatum
 denique est decretum tertium, quo con-
 demnationis ac depositionis sententia
 contra Petrum de Luna, olim Benedi-
 ctum XIII, lata confirmabatur, & acer-
 biores poenæ contra Schismatis promo-
 tores, aut qui illud post ejus mortem tue-
 ri vellent, statutæ fuerunt.

§. CCXXVI.

*Consilium Pontificis de Synodo in
 aliud tempus & locum trans-
 ferenda.*

Labb. Conc. Verum, priusquam caussa reunionis
to. 12. p. 379. Græcorum decideretur, ac proposita
 Ecclesiasticæ disciplinæ restauratio discu-
 teretur,

teretur, Martinus V. de Synodo in aliud Sæcul. XV.
tempus differenda, necnon de loco mu- A.C. 1423.
tando consilia agitabat, caussatus, pau-
cos admodum confluxisse Prælatos, im-
perium belli tumultibus turbatum, atque
inter ipsa Synodi membra graves exor-
tas esse dissensiones. Vera tamen mu-
tatæ sententiæ caussa erat, quod per-
misereret Pontifex, ne Legatus ab Arra-
gonum Rege ad Synodum missus, quic-
quam contra Sedis Apostolicæ auctorita-
tem attentaret, aut Synodus decreta Cu-
riæ Romanæ perniciosa sub reformatio-
nis obtentu conderet; non enim ignorabat
Pontifex, Legatum eo fine missum esse,
ut moras necundo ad caussam Petri de
Luna, Paniscolæ adhucdum agentis, fir-
mandam tempus lucraretur, ipsumque
Anti-Papam potiora Concilii membra
tam promissis, quam largis muneribus
sollicitasse.

§. CCXXVII.

*Neapolis Regina a Rege Alphonso
graviter offensa.*

Papa tamen ante initium sequentis an- Blond. I.
ni voti sui compos fieri haud poterat. dec. 31. in fin.
Obstabat enim Alfonius Rex, qui de
Pontifice repetitas habebat querelas, eo-
quod genio, suisque desideriis velifican-
tem non sensisset. Præterea supremam

I i 5 autho-